

H Y M E N A E V S
ARTIS ET NATURÆ
CONJUGIO,

à

Pl. REVERENDO

P. GASPARE SCHOTTO
PATRATO,

nuncupatus,

Plaudite Pieriæ, Neonymphis plaudite Musæ!
Nobile par societ judiciosus Amor!
Æstuat ARS, blandoque premit sub pectore flammæ,
Et petit ingenium deliciofa sinum.

Quin faciem NATURA novo splendore venustat,
Atque ardet gratum, sponfa pudica, marem.

Fortunata manus SCHOTTI, quæ jungit amantes;
Fœcundum pandunt verba decora thorum.

Connubium fine nube fluat, fit Machina nata,
Nominis æterni gloria rara fui.

*Plaudite Pieriæ, Neonymphis plaudite Musæ!
Felices sociat judiciosus Amor!*

gratulabundus fac.

GEORGIVS PHILIPPVS Harsdörfferus
Norimberg. Reipubl. tunc Consul.

PROLOGUS ENCOMIASTICUS

AD LECTOREM.

LECTOR.

Hic curiositati Theatrum panditur,
In quo *Ars & Natura* ludunt:
Sed dum ludunt doctis; in doctis illudunt,
Hi quia nullum Arti Minerval debent,
Quod fieri vident, fieri posse stupent:
Maximus Ignorantiæ comes est stupor.

Sed